Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

et de mendacio magistrorum.

Incipit Epistola Iacobi apostoli

Iacobus dei et domini nostri ihesu xpi
seruus duodecim tribubus que sunt
in dispersione salutem. Omne gaudi
um existimate fres mei cum in tempta
cones varias incideritis scientes qd
probatio fidei vestre patiam operatur
Patientia autem opus perfectum habet
ut sitis perfecti et integri in nullo defi
cientes. Si quis autem vestrum indiget
sapientia postulet a deo qui dat om
nibus affluenter et non improperat et
dabitur ei. Postulet autem in fide nihi
l hesitans. Qui enim hesitat similis est
fluctui maris qui a vento movetur
et circumferitur. Non ergo estimet
homo ille quod accipiat aliquid ab
domino. Vir duplex animo inconstans
est in omnibus viis suis. Glorietur
autem frater humilis in exaltatione
sua. Divites autem in humilitate sua quia
sicut flos feni transibit. Exortus
est enim sol cum ardore et arefecit fe
num et flos eius decidit et decor
vultus eius deperiit. Ita et divites
in itineribus suis marcescent. Beatus
vir qui suffert temptationem quoni
am cum probatus fuerit accipiet
coronam vite quam repromisit
deus diligentibus se. Nemo cum
temptatur dicat quia a deo tempta
tur. Deus enim intemptator malo
rum est. Ipse autem nemem temptat.
Unusquisque vero temptatur a con
cupiscentia sua abstractus et illecti

Deinde concupiscentia cum concepit
parit peccatum. Peccatum vero cum
consummatum fuerit generat mortem.
Nolite igitur errare fres mei dilecti
simi. Omne datum optimum et omne
donum perfectum desursum est descen
dens a patre luminum. apud quem non
est transmutatio nec vicissitudinis
obumbratio. Voluntarie genuit nos
verbo veritatis ut simus initium
aliquod creature eius. Scitis fres
mei dilectissimi. Sit autem omnis ho
mo velox ad audiendum tardus autem
ad loquendum et tardus ad iram. I
ra enim viri iustitiam dei non operatur
Propter quod abicientes omnem immun
diciam et abundantiam malitie in
mansuetudine suscipite insitum
verbum quod potest saluare animas
vestras. Estote autem factores verbi
et non auditores tantum fallentes vos
met ipsos. quia si quis auditor est verbi
et non factor. hic comparatur viro consi
deranti vultum nativitatis
sue in speculo. Considerauit enim se
et abiit et statim obliuiscitur qualis
fuerit. Qui autem perspexerit in lege
perfecte libertatis et permanserit in ea
non auditor obliuiosus factus sed fac
tor operis. hic beatus in facto suo erit.
Si quis autem putat se religiosum esse
non refrenans linguam suam sed se
ducens cor suum huius vana est
religio. Religio munda et im ma
culata apud deum et patrem hi
est. visitare pupillos et viduas
in tribulationibus eorum et in mani